

ANNO 1756.

IV. Quot, & quales sint in dicta Ecclesia Dignitates, Canonice, & alia Beneficia Ecclesiastica; quis sit numerus omnium Presbyterorum, & Clericorum inibi in Divinis inferentium; quæ si Dignitas major post Pontificalem; quales sint redditus Dignitatum, Canonice, & aliorum Beneficiorum; & an ad sint præbenda Theologalis, & Pœnitentiaria?

V. An in ea cura animarum exerceatur, per quem; an sit in ea Fons Baptifimalis?

VI. An habeat Sacramentum sufficienter instructum sacra suppellectili, cæterisque rebus ad Divinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda necessariis, Chorum, Organum, campanile cum Campanis, & Cæmeterium?

VII. An sint in ea Corpora, vel aliquæ insignes reliquæ Sanctorum; & quomodo asserventur?

VIII. An habeat domum pro Archiepiscopi, vel Episcopi habitatione, ubi, & qualem; quantum distet ab Ecclesia; & an reparatione indigeat?

IX. Qui sit verus valor reddituum mensæ Archiepiscopalis, vel Episcopalis; ad quam summam annuatim ascendant; in quibus consistant?

X. Quot existant in illa Civitate Ecclesiæ Parochiales, & an unaquæque habeat Fontem Baptifimalem; quot Monasteria virorum, & mulierum; quot Confraternitates, & Hospitalia; & an ibi sit Mons Pietatis?

XI. Quantum sit ampla Diœcesis; quot, & quæ loca amplectatur; quot in singulis locis existant familiæ Catholicæ; an, & quantum, Catholice Religionis exercitium, Sacramentorum administratio, Divinæ verbi prædicatio a Gubernatoribus infidelibus permittatur?

XII. Quot Sacerdotes seculares indigenæ, & exteri, sint in Diœcesi; & quot Clerici sint studiorum causa in aliquo Collegio, vel Seminario?

XIII. An sit magister aliquis, qui juventutem in literis, & rudimentis fidei instruat?

§. 3. Qui ad hujusmodi Ecclesiæ promovendi sunt, si Romæ adfuerint, vel in Italia; Processus super qualitate personæ conficiatur: Si vero extra Italiam moterentur, ac duo testes in Urbe sint, qui possint de illis ferre testimonium, tunc idem Processus super qualitate personæ minime præmittatur. Quod si prædicti testes non adint, tunc sufficiens habeatur iudicium ejusdem Congregationis, quæ illum a Summo Pontifice eligendum consulat?

Interrogatoria super qualitatibus Promovendi.

I. An cognoscat promovendum, quomodo, a quo tempore citra: annis fit ejusdem promovendi consanguineus, cognatus, affinis, nimirum familiaris, æmulus, vel odiosus?

II. An sciat, in qua Civitate, vel loco, & Diœcesi, promovendus sit, natus, & quæ sit causa scientiæ?

III. An sciat, ipsum esse natum ex legitimo matrimonio, atque honestis, & Catholicis parentibus: & quæ sit causa scientiæ?

IV. An sciat ejus ætatem sit, præsertim an expleverit annum trigésimum; & quæ sit causa scientiæ?

V. An sciat, eum esse in sacris ordinibus constitutum; quibus, a quo tempore citra, præsertim ante sex menses; & quæ sit causa scientiæ?

VI. An sciat, eum esse in Ecclesiasticis functionibus, & in exercitio ordinum susceptorum diu versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem, & devotum, & quæ sit causa scientiæ?

VII. An sciat, eum semper Catholice vixisse, & in fidei puritate pertransisse; & quæ sit causa scientiæ?

VIII. An sciat, eum præditum esse innocentia vitæ, bonique moribus, & an sit bonæ conversationis, & fame: & quæ sit causa scientiæ?

IX. An sciat, eum esse virum gravem, & prudentem; & usu rerum præstantem; & quæ sit causa scientiæ?

X. An sciat, eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in sacra Theologia insignitum esse; quibus in locis, quanto tempore; & quo fructu ipsi Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit; & an ve-

Quid in processu super, quæ raribus promovendi ferendum sit, præscribitur.

re ea doctrina polleat, quæ in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere; & quæ sit causa scientiæ?

XI. An sciat, eum aliquo munere aliquando functum esse, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Ecclesiæ se exercuisse; quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem, & mores; & quæ sit causa scientiæ?

XII. An sciat, eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, sive doctrinam; vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliove Canonico impedimento teneri, quominus possit ad Ecclesiam Cathedralē promoveri; & quæ sit causa scientiæ?

XIII. An eum idoneum esse existimet ad bene regendam Ecclesiam Cathedralē, & præsertim eam, ad quam ipse est promovendus; an dignum, qui ad illam promovetur; & an ipsius promotionem eidem Ecclesiæ utile, & profuam futuram esse censet; & quare ita existimet?

§. 4. Si quis Episcopus ab una Ecclesia ad aliam transferendus sit, tunc observentur ea omnia, quæ num. 1. decernuntur, quoad Processum super statu Ecclesiæ; pro altero vero, qui conficiendus erit super qualitate transferendi, ea serventur, quæ num. 2. præscribuntur.

Interrogatoria super qualitate Episcopi ad alteram Ecclesiam transferendi.

I. An testis cognoscat Episcopum transferendum; quomodo, & a quo tempore citra; an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimirum familiaris, inimicus, æmulus, vel odiosus?

II. An sciat, ipsum consecrationis munus suscepisse; & quæ sit causa scientiæ?

III. An sciat, per quot annos fuerit Episcopus illius Ecclesiæ; & quæ sit causa scientiæ?

IV. An sciat, eum in sua Ecclesia, & Diœcesi assidue resedisse; & quæ sit causa scientiæ?

V. An sciat, eum diligenter sapientiam suam Ecclesiam, & Diœcesim vifitasse, opportune omnibus necessitatibus occurrisse, & providisse; ejusque decreta, & mandata debite executioni demandat curasse; & quæ sit causa scientiæ?

VI. An sciat, eum sæpe solemniter celebrasse; Ordinationes juxta necessitatem exigentiam habuisse; Confirmationis Sacramentum administrasse; cæteraque Pontificalia exercuisse; & quæ sit causa scientiæ?

VII. An sciat, eum pietatis, caritatis, & prudentiæ in gubernando speciem dedisse, ac verbo, & exemplo profecisse; & quæ sit causa scientiæ?

VIII. An sciat, eum prudenter ubilibet, & diligenter se gessisse in defendendis, conservandis, & augendis jurisdictionibus spiritali, & temporalis, iuribus, ac bonis omnibus suæ Ecclesiæ; & quæ sit causa scientiæ?

XI. An sciat, vere ea doctrina ipsum ad præsens polere, quæ in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere; & quæ sit causa scientiæ?

X. An dignum eum existimet, qui transferatur ad Ecclesiam N.; & an censet, ejus translationem fore ipsi Ecclesiæ N. utilem, & profuam; & quare ita existimet, & censet?

§. 5. Denique cum pro Vicariis Apostolicis titulo, & caractere Episcopali insignitis nullus Processus conficiatur super statu Ecclesiæ; atamen si in Urbe, vel in Italia commorentur, sint autem extra Urbem, & Italiani exierint, ac duo testes in Urbe reperiantur, qui testimonium ferre possint, tunc fiat Processus super qualitate personæ. Processus vero in hac alma Urbe Nostra conficiendi omnino conficiantur coram Nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis Auditore. Quod si etiam testes deficiant, sufficiens habeatur iudicium ejusdem Congregationis, quæ illum a Summo Pontifice eligendum consulat.

§. 6. Omnia itaque, & singula a Nobis, ut præmittitur, præscripta, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. salva tamen semper auctoritate memoratæ Congregationis de Propaganda Fide. Decernentes, præ-

sentibus

Quid in B. plic. ab una ad aliam Eccl. transfer.

Quid de- min in vs. casu Apoll. charat. Episcop. insignit?

Firmitati præmissio- rum consi- titur.

DECRETUM.

ANNO 1757.

PONT. A XVII. sentes Litteras, & in eis contenta quæcumque; semper firma, valida, & efficacia existere, & fore; suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quando- cumque spectabit, inviolabiliter observari debere: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Ju- dices ordinarios, & delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales & eorundem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios quacumque præminencia, & potestate fungentes, & functuros, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, & quibusvis aliis Constitu- tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quibuscum- que Decretis in genere, vel in specie, aut in alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confir- matis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscum- que.

§. 7. Volumus autem, ut eorundem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impres- sis, manu Præfecti, & Secretarii prælatæ Congregatio- nis subscriptis, & sigillo ejusdem Congregationis mun- itis, eadem prorsus fide habeatur, quæ ipsis præ- sentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die 18. Januarii MDCCCLVII. Pontifi- catus Nostri Anno Decimoseptimo.

Cajetanus Amatus.

CONFIRMATUR

Decretum Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium universali adversus hæreticam pravita- tem Inquisitioni Præpositorum, coram Sanctitate Sua habitæ, pro tollendis conciliandisque dissidiis & con- troverfiis, inter nonnullos Antifites Indiarum Occi- dentalium, & Missionariorum Societatis Jesu, exortis, super concessione Dispensationum Matrimonialium, juxta facultates ab Apostolica Sede utrique concedi solitas.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

CUM Venerabilis Frater Noster Joachinus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Portocarrero nuncupatus Episcopus Sabinenfis, nomine Carissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici, cujus regis negotiis apud Nos, & Apostoli- cam Sedem agendis, præfuit, Nobis exposuisset obortis quibusdam dubiis, circa facultates, concedendi Dispen- sationes Matrimoniales, quibus Dilecti Filii Presbyteri Societatis Jesu, Missionarii per Indias Orientales & Occi- dentales constituti, ex Apostolicæ Sedi Indultis gau- dere dicuntur, & circa hujusmodi facultatum usum & exercitium; ad removendas dissensiones inter eosdem Presbyteros Missionarios, & Ordinarios locorum, se- dandisque conscientiarum & animorum motus, No- stram ejusdemque Apostolicæ Sedi definitionem ma- gnopere exoptari; necque, præter urgentes, pastorali curæ & sollicitudinis debitum, quo ad hujus præfer- tim generis officia impellimur, gratissimum Nobis ac- cidat iustis semper & æquis præfati Catholici Regis votis obsecundare; statim proposuisset materiam discuti- endam demandavimus Congregationi Venerabilium Fra- trum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina- lium, in rebus Fidei, aliisque Sancti Officii nuncupa- ti negotii Generalium Inquisitionum; haud tamen pro- pretea refugientes laborem studiumque singula per Nos ipsos inspicendi atque discutendi. Itaque coacta coram Nobis die 29. Julii elapsi anni 1756. prædiditorum Cardinalium Congregatione, auditis etiam prius Con- sultoribus, tum Sacræ Theologiæ Magistris, tum Ca- nonicis Juris Peritis, captæ editæque fuerunt sequentes resolutiones distinctim expressæ in infra scripto Decre- to, quod ipsi jam tum approbavimus & confirmavi- mus, cuiusque tenor talis est, videlicet.

CUM olim R. P. Ignatius de Padilla, quo tempore Civitati Sancti Dominici in Insula Hispaniola Indiarum Occidentalium præerat Archiepiscopus, com- plures excitasset controversias adversus Presbyteros So- cietatis Jesu, circa Dispensationes Matrimoniales, quibus nimirum ipsi, in vim specialium facultatum sibi, ut afferbant, competentium, cum Neophytis Indiarum Orientalium & Occidentalium, super impedi- mentis Matrimonii dirimentibus, & antea dispensave- rant, & adhuc dispensare pergebant, cumque subinde R. P. Joseph Moreno Curiel, qui, postquam præfatus R. P. Ignatius ad Ecclesiam Jucatanensem in Indiis Occidentalibus Hispanicis sitam translatus fuit, eidem in Archiepiscopatu Sancti Dominici successisset, illius actionem ea de re studiumque prosequutus fuerit; ut hujusmodi controversiis quantocius, finis imponatur, infra scripta dubia proposita, discussa, & dirempta sunt a Sanctissimo D. N. BENEDICTO PP. XIV. feliciter regnante, audita prius sententia & consilio Reveren- dissimorum DD. Cardinalium Generalium Inquisitionum in Congregatione coram Sanctitate Sua habita die 29. Julii anni 1756.

Dubia autem proposita sunt, quæ sequuntur: Pri- mum, an facultates in Apostolicis Brevis concessæ Presbyteris Societatis Jesu, qui Missionariorum munus per Indias exercent, atque illæ potissimum, quæ Ma- trimoniales Dispensationes respiciunt, ad eas Provin- cias protendantur & loca, quæ pluribus abhinc annis ad S. Cathol. Religionem redacta sunt, in quibus re- periuntur Infideles aliunde profecti, & ultra Christi Fidem amplexi; adeo ut Missionarii operam studiumque suum impendant, non quidem in iis ad Sanctam Reli- gionem convertendis, sed tantummodo in iisdem Chris- tianæ Doctrinæ institutionibus rectique moribus in- formandis.

Secundum: quatenus memoratæ facultates ad hujus- modi Regionem protendantur, ac præsertim facultas concedendi Dispensationes quod prædiditorum Matrimo- nia exerceri valeat; an id ita accipiendum sit, ut con- cessa dicatur auctoritas dispensandi super impedimentis publicis pro foro externo, tum ante tum post contra- ctum Matrimonium.

Tertium: an posita extensione facultatum ad publi- ca quoque impedimenta pro foro externo, & in casibus contrahendi, æque ac jam contracti Matrimonii, hujusmodi facultatibus ut possint Missionarii per ea lo- ca, in quibus Episcopus Diœcesanus eadem obtinet facultates sibi ab Apostolica Sede peculiaribus Indultis concessas.

Quartum: etsi possent Missionarii Dispensationes con- cedere, siveque uti facultatibus etiam pro foro exter- no, an tamen id ipsis præstare liceat sine prævia sum- maria Informatione, coram Notario, locique Vica- rio capta, ad comprobandas dispensationis causas, & impedimentorum qualitates; an potius satis ad habenda sit verbalis & extrajudicialis instructio seu informatio.

Quintum: an, quatenus hujusmodi facultates con- cessæ tantummodo dignoscantur Missionariis ad laboran- tibus pro conversione Infidelium, & non aliis; revali- danda sint Matrimonia celebrata in vim dispensatio- num, quas pro exteriori foro indulgissent Missionarii il- li, qui in tradendis Fidei rudimentis, intormandisque moribus solummodo exercentur.

Priusquam vero ad propositorum dubiorum decisio- nem procedatur, summam recensenda sunt ea, ad rectum adhibendum, quæ pertinent ad facultates, quæ Presbyteris & So- cietate Jesu Missionariis, cum pro Orientalibus, tum pro Occidentalibus Indiis, peculiaribus Apostolicis Brevis tribuuntur: exinde enim pendet iusta du- biorum resolutio. Utque res ordine procedat, primo exponetur summa memoratarum facultatum, quoad impedimenta Matrimonii, deinde expendatur concessum jus ipsis facultatibus utendi, tam in interiori, quam in exteriori foro; tertio indicabuntur personæ, cum quibus dispensare possunt Missionarii: quarto re- censentur loca; in quibus integrum ipsis est præ- statis facultatibus uti; quinto denique attingentur quæ- cumque ad rectum dispensationum usum conferre pos- sunt; atque omnia desumuntur ex concessionum Bre- vibus, a superioribus Romanis Pontificibus, atque etiam

Omissio ab antea con- trov. recon- fer.

Dubia pro- posita in Conge.

Nonnulla ad rectum adhibendum, non expen- denda præ- mittuntur.

ANNO 1777.

etiam a Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnante expeditis. Ducto itaque initio; juxta praestitutam methodum, ab ipsa vi atque substantia facultatum quoad impedimenta Matrimonii concessarum; quum olim facultas, amplissime protenderetur ad omnia impedimenta, sive gradus, non vetitos jure Divino, ea in subsecquentibus Pontificis Brevibus nonnihil cohibita fuisse dignoscitur: prohibentur namque modo Missionarii dispensare in primo Consanguinitatis vel Affinitatis gradu (A), excepto tantum primo gradu, etiam recte linea, affinitatis, ex illicita tamen copula resultatis, (B). Atque haec quidem omnia, ad hoc ut Fideles Matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracta remanere possint (C); Quibus verbis tam initia, quam in eadem Matrimonium comprehenduntur.

Proximum est, ut de praestatarum facultatum usu quoad internum externumve forum videatur. Licet autem facultates in prioribus indultis concessae, ad forum conscientiae restrictae essent, in posterioribus tamen concessionibus ad externum quoque forum ampliatae conspiciuntur; ea tamen lege adjecta, ut quibus in locis reperiantur Ordinarii eadem habentes facultates, ab Apostolica Sede sibi de more concessas, vel absunt ducuntur saltem passuum millibus, nequeant Societatis Missionarii suis uti facultatibus pro foro externo. Ordinarii etenim reservata est privativa facultas, dispensandi in exteriori seu judiciali foro; neque datum esse missionariis, ut dispensationes ejusmodi indulgere, concessisque sibi pro foro externo facultatibus uti valent, praeterquam in his locis, in quibus nulli adsunt Ordinarii, Episcopi nimirum seu eorum Vicarii, vel, si qui existunt, ultra duas dietas, non minus ducentis passuum millibus inde absunt; aut si praesentes adsunt, vel parum distant, non tamen a Sede Apostolica impetrarunt facultativa dispensandi indulta, quae Patribus Missionariis concessa reperiantur (D). Ad forum porro conscientiae tantum semper cohibita apparet tributa facultas dispensandi in primo gradu recte linea affinitatis ex copula illicita resultantis, super quo impedimento dispensare permittuntur in oculis, & in foro conscientiae tantum, ac argentiibus justis causis (E).

Hinc transiendo ad personas, cum quibus Missionarii, sive pro conscientiae, sive pro judiciali foro, juxta praemissa, dispensare possunt; Neophyti quidem hi sunt. Neophytorum autem appellatione, secundum editas & a Summis Pontificibus approbatas resolutiones, non solum intelliguntur ii, qui paulo ante Baptismum susceperunt, sed etiam eorum filii, quamvis in infantia baptizati fuerint, ac insuper ii, qui ex Indo Neophyto, & ex Muliere Europea, vel ex Europeo Viro, & Indica Muliere sunt progenti, ideoque mixti seu mixtissimi vocitantur. Atque haec sunt omnino personae, cum quibus dispensare possunt Missionarii, (F); interdicta ipsis quacumque facultate dispensandi cum Quateronibus & cum Pucellis; cum iis nimirum, qui vel pro una tantum parte ducunt originem ab Indis Neophytis, ideoque dicuntur Quaterones; vel per Proavum, aut Proaviam duntaxat ad Indis Neophytis trahunt originem, proutque Pucellas appellantur, quum hi Neophytorum nomine seu appellatione contineri non possint, ac consequenter nequeant Missionarii cum illis, sive in foro conscientiae, sive in foro judiciali, super Matrimonii impedimentis dispensare: Eorum nomine veniunt tantummodo ii, qui fuerunt tum enim facultas cohibita est ad Neophytos; quosuperius designati (G).

Quod spectat ad loca, in quibus Missionarii praestatis dispensandi facultatibus, ut supra, uti possunt, satis perspicua res est, quum Indulta ipsis concessa, utriusque, Orientalis nempe, & Occidentalis, Indiae partes, seu Provincias, aliasque Maris Oceani Regiones, discrete complectantur (H). Quare nil aliud reliquum est, quam ut ea tradantur, quae de rectum probatumque Dispensationum usum conferre possunt. In quo sane, praeter exactam observationem eorum, quae superius adnotata sunt, duae potissimum generales regulae servari debent: prima nimirum, ut in omni Dispensatione justa adde illius concedenda causa; altera, ut tunc etiam, quum pro exteriori foro conceditur Dispensatio, nihil plane recipiatur, sed omnia gratis fiant (I).

Qualis esse debeat oratio eius quoad internum externumve forum.

Cum quibus personis dispensare possunt.

Loca, in quibus dispensandi facultas est.

Justa debet subesse causa dispensationis, & omnia gratis expedienda.

Quamvis autem in Brevibus facultatis, quae olim tradita solebant Episcopis & Ordinariis praestatarum Regionum, pro Dispensationibus super impedimentis Matrimonialibus in foro interno externoque concedendis, junctum iis legeretur, ut in Dispensationibus pro foro externo indulgentis, Missionariorum consilium exquirent, quoties hi tam longe non absissent, ut id sine magno incommodo praestari non posset: cum tamen Episcopi subinde petissent se levari hoc onere, quod etiam alias proterat opportunum videri, nunc quidem temporis nonnisi ad ferendas discordias aptum dignoscatur, ut omnis dissidium & offensionum inter Ordinarios locorum, & Missionarios occasio submoveretur, plena libertas iisdem Ordinariis relicta est dispensandi etiam in foro externo, sublato penitus onere memoratum antea consilium requirendi (A).

Practerea cum Episcoporum arbitrio concessita reperiantur facultas subdelegandi idoneo probatoque Sacerdotes, qui pro ipsis Episcopis, subdelegantibus, in remotis Diocesium locis, Dispensationes concedat pro exteriori seu judiciali foro (L); ad conservandam eam magis inter Episcopos & Missionarios amoris consensionem, statutum est, ut si pro iis locis nulli deputati reperiantur Vicarii, vel absint spatio ducentorum milliariorum, non possint ab Episcopis alii subdelegari Sacerdotes, quam qui ab Apostolica Sede habent dispensandi facultatem; hi autem soli conservandi esse Missionarii.

Denique ad rectum usum facultatum dispensandi, adnotatae juvabit, facultatem dispensandi in foro conscientiae perpetuo concessum esset; eam vero, quae ad forum judiciale spectat, intra viginti annorum curriculum esse cohibitam (M). Cumque juxta receptam praxim, soleat hujusmodi facultatis confirmatio indulgeri, omnino necesse est, ut Missionarii hac in re sibi provide consulant, non redigentes ad suprae modum statuti termini momenta cogitationem & curam petendae confirmationis, nec periculum subeant, vel nullitatis aditus, si quid efficiant post elapsam facultatum terminum, vel fraudandi pauperes Christianissimos opportunis malorum remediis, quatenus eo deveniant, ut hujusmodi facultatibus amplius uti non valeant. Haec sunt, quae in Apostolicis Constitutionibus San. Mem. Pii IV. Pont. Max. aliorumque ipsius Successorum, & in Pontificis Brevibus Clementis IX. Alexandri VIII. Clementis XI. Clementis XII., & Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. feliciter Regnantis, continentur; quibusque, ut patet est, observatis ac respectu perpenis, non solum omnes submoventur controversiae, verum etiam facilis evadit & obvia responsio ad Dubia, quae ad Sacram Congregationem examinanda ac dirimenda transmissa fuerunt.

Primo itaque Dubio, quo quaeritur, an facultates concessae Presbyteris Societatis Jesu Missionariorum manus per Indias obeuntibus, & nominatim illae, quae Dispensationes Matrimoniales respiciunt, ad ea protendantur loca & provincias, in quibus non alii reperiantur Infideles, quum qui aliunde venerunt, Critique fidem utro amplexi sunt; affirmativum redditur responsum, ad formam tamen Brevium, & Constitutionum Apost. quae superius indicatae fuerunt.

Secundo itidem Dubio, quo quaeritur, an quatenus facultates ad memorata quoque loca protendantur, eadem comprehendant Dispensationes Matrimoniales super impedimentis publicis, pro foro externo, tam ante, quam post contractum Matrimonium, concedendas, affirmativum responderetur, juxta tamen disposita in Apostolicis Brevibus superius indicatis.

Tertio Dubio, quo exquirunt, an Missionarii praestatis facultatibus uti possint in iis locis, in quibus Diocesani Episcopi similes obtinent facultates: responderetur, posse eos uti memoratis facultatibus, pro foro externo, tam in Matrimonii contractis, quam in contrahendis dispensando, in iis tamen locis, in quibus non existunt Ordinarii similibus facultatibus instructi, vel absunt ultra duas Dietas, non minus ducentis millibus passuum, juxta id, quod itidem in Brevibus & Constitutionibus Apostolicis cautum reperitur.

Quarto, quo definiendum proponitur, num in iis casibus, in quibus possunt Missionarii dispensare in judiciali foro, hoc ipsi praestare liceat sine praevia sum.

PONT. A. XVII.

Ordinarii locorum in dispensationibus concessis non tenentur Missionariorum consilium exquirere.

Quatenus facultas dispensandi in foro conscientiae.

IVXI

Responsum ad praeposita dubia.

ANNO 1757.

summaria informatione coram Notario & Vicario loci capta, ad comprobendam Dispensationis causam & impedimenti qualitates, vel potius sufficere dicenda sit verbalis & extrajudicialis informatio responsum est, nihil esse innovandum: & quoniam superioribus temporibus sufficiens visa est moralis certitudo tum causae dispensandi, tum obstantis impedimenti, quantumvis judicialibus, documentis non innixa, satius esse, ut eadem methodus in futurum quoque retineatur.

Ad quintum denique Dubium, respiciens convalidationem Matrimoniorum, de quo quaerebatur sub hypothese eorum nullitatis, desumptae ex defectu facultatum in iis, qui Dispensationes concesserunt ad ea Matrimonium in eadem: quum ex data superius responsione ad primum dubium satis deprehendere liqueret hujusmodi positionem, seu hypothese non subsistere, nullus relinquitur respondendi locus.

Haec itaque sunt responsa data, seu resolutiones captae in congregatione Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium adversus haereticam pravitatem Generalium Inquisitorum habita coram Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO PP. XIV., quas Sanctitas Sua, praevio MATURO examine, approbavit & confirmavit: volens eadem, ad majorem solemnitatem, Apostolicis litteris in forma Brevis roborari: praecipiensque, ut, quoties casus confirmandi hujusmodi facultates obvenirent, impofterum confirmatio non concedatur, nisi praemissa seria adnotatione temporis, quo indultum antea concessum fuerit, ut ita deprehendatur, an constitutus in eo terminus sit elapsus, exindeque valeat hac super re opportune provideri: Ac denique injungens omnibus Ministris seu Officialibus utriusque Secretariae, videlicet Brevium Secretariae, & Congregationis de Propaganda Fide, ut sine nova fiat concessio, sive confirmatio facultatum jampridem obtentorum indulgeatur Missionariis Societatis Jesu, tam concessio, quam confirmatio, ad normam eorum, quae praesenti Decreto exposita sunt, atque statuta, in omnibus & per omnia redigantur & conformentur.

Monumenta, quibus innixa sunt ea, quae in supra dicto Decreto Sanctissimi D. N. BENEDICTI PAPE XIV. statuuntur.

(A) IN quocumque, seu quibusvis, non tamen in primo, Consanguinitatis vel Affinitatis gradibus: Ita legitur in Brevi San. Mem. Alexandri PP. VIII. quod incipit. Animarum salutis: quod est 14. in ordine Tom. IX. novissimi Bullarii Romae impressi §. 9.

(B) In primo gradu etiam recte linea ex copula illicita resultantis: Haec sunt verba Brevi San. Mem. Clementis PP. XII. quod incipit: Cum dubium: & est 142. in ordine, Tom. XIV. citati Bullarii §. 2.

(C) Ut Matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracta remanere valeant: Ita legitur in Brevibus Summorum Pontificum Alexandri VIII. Clementis XII. & aliorum.

(D) Praeterea ejusdem Societatis Jesu Provincialibus, vel ab eis deputandis Presbyteris, cum Neophytis Provinciarum utriusque Indiae, aliarumque Maris Oceani Regionum, in quibus inter Infideles Fideles existunt, & non absint Ordinarii similes facultatem habentes, vel ultra duas dietas existunt, in quocumque, seu quibusvis, non tamen in primo, Consanguinitatis, vel Affinitatis gradibus, vel alias, conjunctis, seu se attinentibus, aut Matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracta remanere valeant, in foro conscientiae tantum, gratis tamen dispensandi; & insuper ibidem, locorum Ordinariis &c. etiam in judiciali foro: in reliquis autem Provincis praestatis Ordinariorum praesentia desinit, vel ab eis ultra duas dietas praedictas, non minus ducentis millibus passuum remotis, Provincialibus & Deputatis Presbyteris praedictis cum eisdem Neophytis, non tamen in primo gradu, in utroque foro gratis dispensandi: Ita legitur in citato Brevi San. Mem. Alexandri VIII. §. 9. & in citato Brevi San. Mem. Clementis XII. §. 2.

(E) Cum eisdem Neophytis in primo gradu, etiam recte linea, affinitatis ex copula illicita resultantis se attinentibus, ut Matrimonium quoque inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracta remanere similiter valeant, in oculis tamen, & in foro conscientiae tantum, ac argentiibus justis causis, gratis tamen Bullar. Rom. Bened. XII. Tom. IV.

dispensandi: Sunt verba citati Brevi San. Mem. Clementis XII. §. pariter 2.

(F) Et insuper quia a nonnullis dubitatum, seu hesitatum fuit, an omnes Indigenae illarum Regionum oriundi & naturales, & Christianorum indigenarum etiam baptizatorum filii, etiam in eorum infantia baptizati, jure Neophyti appellari possint, idcirco tenore eorumdem praesentium decernimus & declaramus, omnes oriundos seu naturales supradictarum omnium tam Orientalium, quam Occidentalium, partium, imo etiamsi Aethiopes, Angulani, vel quorumvis aliarum transmarinarum regionum, etiamsi Christianorum filii, & in infantia baptizati, vel etiam inter se, vel cum Europaeis mixtum progeniti sint, ad confessionis hujusmodi effectum, esse & intelligi debere Neophytos....

Quid etiam quia de mixtum progenitis, quas Mixtos vocant, majus dubium accepimus, cum eisdem mixtis, quos similiter ad hunc effectum Neophytis confensus esse decernimus, in gradibus & Matrimonii contractis & contrahendis praedictis, gratis tamen, dummodo non ita facile id fiat, dispensare posse, eisdem Presbyteris facultatem desuper concedimus opportunam: Verba sunt citati Brevi San. Mem. Alexandri VIII.

§. 16., in quo etiam confirmatur similis alia praecedens Constitutio San. Mem. Clementis PP. IX. quae incipit: Animarum salutis: expedita die 8. Januarii 1669.

(G) Proposito in generali Congregatione Cardinalium Generalium Inquisitorum habita feria IV. die 2. Junii 1618. sequenti dubio: An appellatione Neophytorum Indi solum noviter conversi comprehenduntur; an non etiam qui sunt originarii per omnes eorum lineas, qua pro una duntaxat parte ab illi originem trahunt, vulgo Quaterones appellati; & an comprehendatur, qui alteram partem per Proavum & Proaviam, & sive ab alterutro, sive ab utroque habeant, vulgo Pucellas nuncupati: Huic dubio responsum fuit: Non comprehendunt Quaterones, multo minus Pucellas: Hoc Congregationis Responsum confirmatum subinde fuit, instante Rege Catholico, una cum aliis Declarationibus, a San. Mem. Clemente PP. XI. in suis Apostolicis litteris expeditis in forma Brevi die 29. Aprilis 1701. & interum aliis litteris Apostolicis in forma Brevi expeditis a Summo Pontifice BENEDICTO XIV. die 17. Julii 1748.

(H) Verba Brevium pro re, de qua nunc agitur, sunt comprehensiva omnium tam Orientalium, quam Occidentalium partium, & etiam Aethiopiae, Angolanorum, & quorumvis aliarum transmarinarum Regionum: Id colligitur ex praecitatis verbis contentis in Brevi San. Mem. Alexandri VIII. §. 16.

(I) Verbum: gratis: reperitur in omnibus Apostolicis litteris, & concessionibus ad hanc materiam spectantibus.

(K) Feria 12. die 3. Maii 1752. Lesto Memoriali, in quo Procurator Generalis Societatis Jesu postulabat renovationem facultatum extraordinariorum in forma Brevi, quae ab anno 1734. San. Mem. Clemente XII. ad annos viginti pro Missionariis ejusdem Societatis propagatae fuerant, Eminentissimi ac Reverendissimi DD. Cardinales Generales Inquisitores dixerunt Prae gratia renovationis Brevi, dempta tamen clausula, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit: & est, quae sequitur: Et insuper locorum Ordinarius, ut de Presbyterorum eorumdem tanquam Adjuvorum, ut Assessorum suorum, in locis praestatis, & ubi eorum commode haberi poterit copia, consilio, & cum illis, etiam in judiciali foro: Et Feria V. die ejusdem mensis in consueta Audientia per R. P. Assessorem S. Officii a Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO PAPE XIV. habita, Sanctitas Sua benigne annuit pro renovatione Brevi, dempta tamen clausula ut supra. Hoc Decretum communicatum fuit per R. P. Assessorem S. Officii R. P. Secretario Sacrae Congregationis de Propaganda Fide sub eadem die quinta Maii 1752.

(L) Disjunctio Ordinarii alio: Presbyteros idoneos a se prius approbatos, in locis, ubi non adsint Missionarii similes facultatem habentes, quoad praemissa in sui locum subdelegandi, licentiam & facultatem auctoritatis Apostolicae tenore praesentium concedimus & impertimur: Ita legitur in citato Brevi San. Mem. Clementis PP. XII. §. 2.

(M) In Brevi Apostolico San. Mem. Pii IV. expedito

Ff

ANNO 1757.

atque ab his, ad quos pertinet, seu in posterum pertinebit, omnimode observari, iisque, quorum favorem concernit, plenissime suffragari. Non obstantibus, de jure quæsitio non tollendo, aliisque Regulis, Constitutionibus, & Litteris Apostolicis, nec non prædictæ Urbis, & Cameræ Capitoline, seu præfatæ Ecclesiæ, ejusque Capituli & Canonici, Statutis, usibus, consuetudinibus, etiam jaramento, confirmatione Apostolica, vel immemorabili observantia, seu quavis firmitate alia roboratis, ac iteratis vicibus confirmatis & innovatis: Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, atque contrariis quibuscumque.

scilicet per

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostrarum absolutiois, & liberationis, commissionum & mandatorum, facultatum imperitionis, voluntatis & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Die die 21

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto, duodecimo Kalendas Martii, Pontificatus Nostri anno XVII.

J. Card. Pro-Datarius.

D. Card. Passioneus.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco + Plumbi.

Registata in Secretaria Brevium.

LXIX.

CONFIRMATIO

Concordiæ inter Archiepiscopum Moguntinum, S. R. I. Electorem, & Episcopum, atque Abbatem Fuldensensem in Episcopatum, atque Ecclesiam Fuldensensem; nec non super aliis utriusque Ecclesiæ controversiis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Venerabilis

AD sacram Petri sedem in plenitudine potestatis, divina dispositione erecti, ad ea potissimum, quæ pro personarum quarumlibet præsertim Pastoralis dignitate præditarum, quiete, & tranquillitate observari debere dignoscuntur, libenter intendimus, ac iis, quæ vicissim provide per concordie ministerium ordinata fuisse comperimus, ut illa firma persistant, Apostolice muniminis robur adjicimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Venerabilium Fratrum nostrorum Joannis Friderici Caroli moderni Archiepiscopi Moguntini, ac S. R. I. Electoris, necnon Adalberti moderni Episcopi, & Abbatis Fuldensis, ac ejusdem S. R. I. Principis, petitio continebat, quod cum inter dictum Joannem Fridericum Carolum Archiepiscopum, & Electorem, ac Decanum, & Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ ex una, ac prædictum Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopum, & Abbatem, ac Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Episcopalis, & Abbatis Fuldensis, ex altera partibus, ad removendas omnes controversias, & ad omnium dissensionum femina penitus tollendam quædam concordia inita fuerit, cujus tenor est qui sequitur.

Tempo in

§. 2. Nos Joannes Fridericus Carolus Dei gratia S. Sedis Moguntinæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperatoris per Germaniam Archi-Cancellarius, & Princeps E-

lector: Et Nos Adalbertus electus Episcopus, & Abbas Fuldensis, Sacri Romani Imperii Princeps, Augustissimæ Romanorum Imperatricis Archi-Cancellarius per Germaniam, & Galliam, Primas &c. notum facimus, & profiteamur &c. Dudum inter Archiepiscopatum, & Electoratam Moguntinum, ac principalem Abbatiam Fuldensensem, optata per Divinam gratiam concordia, novisque frequenter ab Archiepiscopi Electoris eidem Abbati impensis favoribus aucta viguit amicitia, ita quidem, ut cum circa annum 1532. cogitatum esset de erigendo Episcopatu Fuldensi, Archiepiscopus Elector Moguntinus tum temporis existens, ejusque Capitulum Metropolitanum erectioni hujusmodi, & Fuldensi tunc Abbatis sibi exposito desiderio facile se præbuerint, & dum res ad exitum non perduceretur, ut Abbates Fuldenses Jura Moguntina porro libenter agnoverint, Archiepiscopi vero Moguntini eidem Abbatibus sæculo præcedente Ecclesiasticam in Fuldensi Ditione Jurisdictionem reliquerint, eaque super re per Commissarios Moguntinos solemnem Anno 1662. concordiam inter Moguntinam Metropolitanam, Cathedrali Heribipolensem, & Abbatiam Fuldensensem Ecclesiis conciliant, tenoris, qui sequitur.

§. 3. Nos Dei gratia Joannes Philippus Sedi Moguntinæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperatoris per Germaniam Archi-Cancellarius, & Princeps Elector, qua Episcopus Heribipolensis, & Franciæ Orientalis Dux &c. Et Nos Joachinus Abbas Fuldensis Sacri Romani Imperii Princeps, Romanorum Imperatoris Archi-Cancellarius per Germaniam, & Galliam Primas &c. notum facimus, & pro Nobis, nostrisque Ecclesiis Heribipolensibus, ac Fuldensibus, eorumque Successoribus tenore præsentium cunctis palam protestemur: posteaquam inde a pluribus annis inter honorabiles Prædecessores nostros, Nos, & concreditas Nobis Ecclesias multitarum differentiarum, & contentiones, & in specie quidem ob præsentiam a Nobis Episcopo Heribipolensi in diversis loca, & Parochias dictæ Fuldensis Ecclesiæ potestatem Ecclesiasticam, & Jurisdictionem Episcopalem, exortæ sunt, ex quo schismata, & inordinationes in rebus tam Ecclesiasticis, quam secularibus, in notabile utriusque Ecclesiæ, & boni publici detrimentum, non vane suspicari potuimus, quod tandem Nos Episcopus Heribipolensis, & Nos Abbas Fuldensis, fusu, & fidei interpositione, atque hortatu Eminentissimi Principis, ac Domini Joannis Philippi S. Sedis Moguntinæ Archiepiscopi, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarii, & Electoris, Episcopi Heribipolensis, & Franciæ Orientalis Ducis, qua Archiepiscopi, & Electoris Moguntini, Domini, & Amici nostri in primis dilecti, maximeque venerandi, ex studio vicinitatis, & affectu, prævia inter nostros ad id demandatos utraque, ex parte, Consultarios, & respective Legatos, tractatione, præ primis autem cum præcitu, & consensu Reverendorum nostrorum Episcopi Heribipolensis dilectorum devotorum Præpositi, Decani, & Capituli nostræ Ecclesiæ Cathedralis Heribipolensis, uti etiam Reverendorum nobilium nostrorum Abbatis Fuldensis dilectorum ac devotorum Decani, & Capituli Ecclesiæ Fuldensis, ad incrementum, & conservationem bonæ vicinitatis, & mutue consensionis, necnon in matura perdifficili, nostrisque ante oculos observantium temporum, ac circumstantiarum contemplatione, atque hinc perspecta summa necessitate arctioris inter Nos conjunctionis, & in nostræ præsertim Abbatis Fuldensis Ecclesiæ bonum tendentis concordie incundæ, sequenti ratione per amicam transactionem inter Nos conventum fuit, prout etiam hisce transigimus modo, quo sequitur.

§. 4. Et primo quidem, cum ratione Episcopalis, & Ecclesiasticæ Jurisdictionis, quam (Nos) bis Episcopo Heribipolensi, & Venerabilibus nostris Prædecessoribus in diversis Fuldensis sue Jurisdictionis Ecclesiæ Loca, Cœnobis, & Parochias competere hæcenus prætendimus) differentie essent obortæ, dum dilectio sua Fuldensis supra dictam Jurisdictionem Episcopalem a tempore immemoriali exercitam, & ad se traditam fuisse constantissime tueri voluit; ita convenit inter Nos, & promissimus Nos Episcopus Heribipolensis, quatenus Dilectionem suam

PONT. A. XVII.

Veritas transigimus

placuit

PONT. A. XVII.

Fuldensem, ejusque Successores, & Ecclesiam, ratione Jurisdictionis Ecclesiasticæ hucusque prætentæ, nullatenus post hæc impugnavimus, sed eandem pro nunc, & perpetuis temporibus integrè relinquimus libere, atque ultronee penes Dilectionem suam, & Ecclesiam Fuldensis sit, maneatque eatenus nullius Dilectionis, hæbeatque ejusdem Antistes in Clerum & Populum Jurisdictionem Ordinariam privative, qualis Prælati Episcopo inferioribus, & de facto Reverendissimo Fuldensi si ve de jure si ve ex consuetudine, competente, hancque Jurisdictionem exerceat, ut hæcenus exercita est, tam in Civilibus, & Matrimonialibus Latorum, quam in Beneficialibus, & Criminalibus Clericorum, alisque Ecclesiasticis Causis quibuscumque, si ve per se, si ve per Vicarium, (aut Commissarium suum) quos constituturo, & destituere, sicut & Clerum in omnibus tam Curatis quam non Curatis Beneficiis insistere, & destituere, visitare, Synodum convocare, & alia omnia facere, quæ ab hac Jurisdictione quasi Episcopali dependent, ipsi semper integrum sit, sine ullo appellandi Jure ad Nos Episcopum Heribipolensem, salvo tamen Jure Metropolitanano, & remedio appellationis ad Metropolitanum, juxta ordinem ab Ecclesia Catholica, cunctisque Diocesis hujus Provincie Moguntinæ laudabiliter receptum, & in viridi observantia constitutum: salva item libertate pro iis, quæ sunt Ordinibus, quæque ex defectu gradus, Reverendissimo Fuldensi competere nequeunt, non tantum Regularibus, sed & Clericis secularibus sui Principatus mittendi, si ve ad Metropolitanum, si ve ad Nos Episcopum Heribipolensem, pro Ordinibus sacris suscipiendis: salva item libertate quæcumque accersendi Catholicorum Antistitem pro Sacramento Confirmationis, consecrandis Ecclesiis, Altaribus &c., idque sine nostra, nostrorumque Successorum, & Ecclesiæ interpellatione, contradictione, & impedimento, quomodolibet hæc nuncupari, aut excogitari queant. Nos tamen Abbas, & Principes Fuldensis hiæce pro expressum declaramus, quod Jurisdictio quasi Episcopalis a Dilectionibus suis Domino Archiepiscopo, & Electore Moguntino, uti etiam a Domino Episcopo Heribipolensi, ut præterit, Nobis relicta, non dicitur, quam dum Ecclesia & Principatus nostros Fuldensis, juxta fundationem, in Catholicorum manibus perstitit, vigore, & in suo robore permanere debeat. Ubi vero per vim majorem, vel aliam quamcumque viam (quod, uti speramus, avertet Dei clementia) in alienas, viæ Catholicorum, si ve A Catholicorum manus devenerit, volumus, ac statim, ut tali casu hæc transactio neque Archiepiscopo Moguntino, neque Episcopo Heribipolensi ullatenus cedat in præjudicium, nec illi hæc teneatur, sed Jus suum Episcopale plenarie tunc manutenendi, ad que exercendi liberam habeant potestatem. Quemadmodum etiam Nos Joannes Philippus qua Archiepiscopus Moguntinus, & Nos Joannes Philippus qua Episcopus Heribipolensis, hoc imperato casu, Nobis Jura nostra, & Potestatem pro expressum reservamus, hancque cessionem eo usque dumtaxat exclusive valituram hiæce declaramus.

Nuper electus

§. 5. E contrario, ac pro secundo; quoniam præsentis concordie finis unicus scopus, ac propositum est, ut nostra utraque Archiepiscopi Moguntini, & Episcopi Heribipolensis amica, & vicinali cooperatione, atque assistentia, nostra Abbatis Fuldensis Ecclesia ea melius adversus hostiles, ac violentos impetus defendatur & protegatur: Hinc nostri Abbatis Fuldensis Successores pro tempore existentes, vigore præsentium, obligentur, ut quomodocumque aliquis a nobili Capitulo per canonicam Electionem in locum Abbatis & Principis fuerit successus, idipsum semper Nobis Electori Moguntino, ut Mediatori, & absque eo Provincie Moguntinæ Metropolitanano, tum etiam Nobis Episcopo Heribipolensi, per litteras notificare, atque una confirmationem supradictæ cessionis, necnon actuale, quatenus necessitas exegerit, apud ipsos manutenentiam amice teneantur postulare.

§. 6. Tertio: quo facta etiam Nos Archiepiscopus ac Princeps Elector Moguntinus, & Nos Episcopus Heribipolensis, pro Nobis, Successoribus, & Ecclesiis nostris spondemus per præsentium vero, litterarum, ac pollicemur, quod ac confirmationem a Dilectione sua Fuldensi prædicto modo petitam superioritatis Ecclesiæ, & Jurisdictionis quasi Episcopalis, vigore hujus Concordiæ eidem relicta, & quidem absque ullis impensis, vel taxa easuldam pensionem impediendam, necnon ad præsentiam, etiam ipsa manutenentiam, casu eveniente, pariter obstricti & obligati esse debeamus ac velimus.

§. 7. Quarto: ad evitandam vero in ejusmodi petitione respective confirmationis, & responsionis declaratione, omnem ambiguitatem, & dissensionem, conventum inter Nos omnes, ac constitutum est, quatenus illa sequentis tenoris esse, & constanter manere debeant; ex parte videlicet nostra Abbatis Fuldensis ad utramque suam Dilectionem Moguntinam, & Heribipolensem (mutatis mutandis) ut sequitur: Prævia parata Officiorum nostrorum oblatione, Dilectionem Vestram proposita vicinitatis confidentia celare non debemus, qualiter Nos post decessum (N.) Venerabilis Prædecessoris nostri p. m. concordibus suffragari, & electione nobilis nostri Capituli hujatis, in Abbatem, & Principem Fuldensensem non ita pridem, & die quidam (N.) electi fuimus, simulque in actuali, & tranquilla nostra Abbatiæ, & Principatus Fuldensis possessione constituti. Cum itaque proberecordemur, qualem concordiam Venerabilis Prædecessor noster Abbas (N.) anno (N.) die (N.) cum Dilectionis Vestre Domino Prædecessore tanquam Mediatore, uti item cum sua Dilectione Heribipolensi celebravit, conventumque inter ipsos præter alia fuerit, ut quavis Princeps, & Abbas Fuldensis, mox ab electione, confirmationem Jurisdictionis Ecclesiasticæ ea in concordia nostra Ecclesiæ relicta, tum etiam manutenentiam, necessitate urgente, per litteras petere, & vicissim Dilectio Vestra eam Nobis pariter per litteras responsorias sine reculatione imperitari, & respective assensionem prestare teneatur, ac velit; Propriè Dilectionem Vestram officio requirimus, ut ad hæc nostras memoratas supra Concordiæ conformes petitorias litteras, eatenus se erga Nos declarare dignetur, quatenus in prædicta Concordia continetur, & patientiam congruit intentioni. Qui ad officia Dilectionis vestre omni tempore prompti permanemus.

§. 8. Quinto: Ad responsorias vero tam a Nobis Archiepiscopo, & Electore Moguntino, quam responsorias a Nobis Episcopo Heribipolensi, & Franciæ Orientalis Duce, ad Dilectionem suam Fuld. dandas, quod attinet, erunt hæc (mutatis mutandis) vicissim tenoris sequentis: Prævia etc. Reddite Nobis fuerunt Dilectionis Vestre perhumane litteræ, de die (N.) ex quibus privilegium, eandem unanimi Nobili Capitulo sui consensu in Abbatem, & Principem Fuldensensem fuisse electam, esseque in actuali, & pacifica possessione constitutam: & que præterea in eum Concordiæ anno (N.) erectæ. Ipsa Nobis revocare in memoriam voluit. Quemadmodum igitur Dilectio Vestra ad obtinendam istam Principalem Dignitatem, & Fuldensis Ecclesiæ Administrationem, omnem a Deo benedictionem, gratiam, openque appreciamur: ita quoque ex prescripto memoratæ Concordiæ non solum relictam tum temporis Dilectionis Vestre Prædecessori p. m. ejusque Successoribus, & Ecclesiæ, Jurisdictionem Ecclesiasticam, in præsentis plenarie denuo confirmamus, & ratificamus, verum etiam promissor Nos paratissime declaramus, ubi Dilectionem Vestram, ejusdem Successores, & Ecclesiam, præter omnem spem & opinionem, a quocumque demum, spectatim vero a Catholicis, vel A Catholicis vicinis, aut externis, in memorata Jurisdictione Ecclesiastica, aliusve Juribus suis infestari, aut turbari contingeret, Nos eidem omnem vicinalem assistentiam, operam, ac manutenentiam (prout eo casu a Dilectione Vestra fuerimus requisiti, & relicta vultur circumstantia) nullo non tempore presturos. Dum Nos Dilectioni Vestre grata etc.

§. 9. Secundum hæc omnia, asserendo promissum ac spondemus Nos Joannes Philippus quod

Tenor Epist.

Exemplar

Integra ut